

1287 novembre 22, Trento, nel palazzo vescovile.

Alla presenza di Bertoldo di Guidoto da Bergamo, giudice e vicario della curia trentina e delegato di Mainardo, duca di Carinzia, conte del Tirolo e avvocato della chiesa trentina, nella causa vertente tra la comunità di Riva e quella di Pranzo per il possesso e lo sfruttamento dei monti Englo e Tombio, il notaio Nicolò della fu Luchesia da Riva, sindaco-procuratore del comune di Riva, consegna un documento nel quale, rivendicando, sulla base del contratto di locazione o investitura del 1211, la proprietà della comunità rivana sui due monti, chiede a Bonapasio del fu Scolari da Pranzo, sindaco-procuratore della comunità di Pranzo, se intende riconoscere la giurisdizione rivana sui detti monti ed attenersi alle clausole contenute nell'investitura ricordata. Bonapasio sostiene che alcune aree appartengono quali beni allodiali a singoli cittadini di Pranzo di cui ha la rappresentanza e che quindi su di esse i Rivani non possono esercitare alcun diritto. Il giudice Bertoldo ingiunge ai due sindaci di comparire entro otto giorni per dibattere la questione.

Originale, ACR capsula 2 n. 27-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 12.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo.CC.LXXX.VII., indictione XV^a, die nono exeunte novembris, Tridenti, in palatio episcopatus, presentibus dominis Gratiadeo doctore legum et Adelpreto et Bonaçonta et Calapino iudicibus ac Symone notario et Bonvexino de Pranço ac Wilielmo damicelle^a domini Bertoldi vicarii curie Tridentine et aliis testibus. Ibique coram domino Bertoldo de Vidotis de [P]ergamo iudice et vicario curie Tridentine delegato in hac parte domini Mainardi ducis Karinthe et comitis Tyrollis nec non advocati ecclesie Tridentine inter partes vero infrascriptas, dominus Nicolaus condam domine Luchesie de Ripa tamquam syndicus et procurator hominum et comunitatis Ripe, syndicario et procuratorio nomine pro eis porexit unum libellum in iure sive quoddam scriptum cuius **tenor talis est: «Coram** domino Bertoldo de Widotis de Pergamo^b iudice delegato inter homines comunitatis Ripe ex parte una nec non inter homines et comunitatem Prançii ex altera per dominum Mainardum ducem Carinthe, comitem Tyrollis et ecclesiarum Tridentine et Prixinensis advocatum, super questione et controversia vertente seu que verti posset inter dictas comunitates et homines dictarum comunitatum, actenus montium Hengoli et Tombolli et earum pertinentiarum, premissa protestacione per me Nicolaum notarium, syndicum, nuncium et procuratorem hominum comunitatis et universitatis Ripe quod interrogacio infrascripta non debeat mihi tamquam syndico comunis Ripe et ipsis hominibus comunitatis Ripe aliquod preiudicium generare in dominio et possessione montium Hengoli et Tombolli, in qua possessione sunt homines comunitatis Ripe et eam possessionem dictorum montium volunt defendere et manutenere contra homines de Pranço et contra^c omnes alias personas secum volentes contempdere, et quod nisi foret reverencia domini ducis et domini Bertoldi eius rectoris cum hominibus de Pranço ad arma decurerent homines Ripe, petere^d et scire vult Nicolaus notarius condam domine Luchesie syndicus et procurator hominum et comunitatis Ripe syndicario nomine pro ipso comuni et hominibus ipsius universitatis Ripe a Bonapasio syndico et procuratore universitatis Prançi et syndicario nomine pro eis verum ipse syndicus Prançii et hominum universitatis Prançii et syndicario nomine pro eis et ipsa universitas et homines ipsius universitatis volunt observare et manutenere locacionem seu investituram factam per condam Quintanum syndicum Ripe nomine et vice universitatis Ripe in condam Malfatum syndicum Prançii nomine et vice universitatis Prançii et hominum Prançii, nominatim de monte

^a Così nel ms., leggi damicello.

^b Lettura incerta. Forse Bergamo.

^c cotra nel ms.

^d La p scritta come capolettera.

Hengoli et Tombolli et earum pertinenciis a fonte de Eve^e supra, cum eorum modis, pactis, adiacentis seu condicionibus contentis et positis in contractu locacionis seu investiture, ut in instrumento publico manu Iohannis notarii plenius continetur nec ne. Item ibidem coram predicto iudice delegato interrogacioni suprascripte respondit quamquam non esset de iure respondendum Bonapasius procurator Buscheti, Pelegrini condam Çuliani, Nicolay, Prealtane et omnium aliorum de Pranço syngalariter, procuratorio nomine predictorum syngularium, nole observare nec manutenere locacionem seu investituram neque aliud positum in locacione scripta manu Iohannis notarii in diverssis et variis partibus et locis sitis et positis in montibus Hengoli et Tombolli et eorum pertinenciis a fontana de Ewe supra, quas partes et loca quamquam de iure non teneatur est ad okullum paratus hostendere, cum de ipsis locis et partibus numquam fuerit facta aliqua locacio seu investitura per Quintanum syndicum Ripe; et si appareret locacionem seu investituram aliquam factam per ipsum Quintanum de predictis partibus esset factam, protestatur Bonapaxius procurator predictorum quod pro proprio et expedito alodio iusto etiam titullo possiderunt et quasi dictas partes per .X.XX.XXX.XL.L. annos et tantum tempus cuius non estat memoria. In superfluis vero partibus seu remanentibus a partibus predictis propriis, quas partes remanentes seu superfluas ad okullum est hostendere paratus Bonapasius ut syndicus hominum et comunitatis Prançii et syndicario nomine dicte comunitatis, respondit quod locacionem seu investituram scriptam per Iohannem notarium vult observare et manutenere, secundum quod soliti sunt a LX annis citra et in tantum quantum de iure tenentur et non ultra». Deinde statuit dictus iudex delegatus per hemptionem utrisque partibus presentibus suprascriptis quod hinc ad octo dies proximos venturos coram eo vicario et delegato debeant comparere.

1287 dicembre 8, Trento, nel palazzo vescovile.

Il sindaco di Riva Nicolò chiede al giudice Bertoldo di ingiungere agli uomini di Pranzo di astenersi dall'esercitare alcuni diritti di sfruttamento sui terreni che furono custoditi e delimitati dalla comunità rivana e di riconoscere la giurisdizione di quest'ultima sui due monti, dalla fontana di Deva in su fino alla **loro** sommità. Bonapasio del fu Scolari da Pranzo si oppone alla prima richiesta ed elenca le contrade e i terreni di proprietà di privati cittadini di Pranzo sui quali il comune di Riva non avrebbe alcuna giurisdizione perchè essi farebbero parte del territorio del comune che egli rappresenta, al quale spetterebbe quindi la potestà legittima di amministrazione e di regolamentazione e i diritti di sfruttamento ad essa connessi, i quali si estenderebbero anche oltre le aree espressamente nominate. Visto che il sindaco di Riva nega che tali affermazioni siano vere, il giudice Bertoldo lo convoca entro il lunedì successivo per interrogarlo sulle rivendicazioni del sindaco di Pranzo.

Originale, ACR capsula 2 n. 27-b.

(S) Anno Domini millesimo CC.LXXXVII., indictione XV, die lune VIII intrante decembri, Tridenti, in palatio episcopatus, presentibus dominis Gratiadeo, Iohanne de Cavedeno, Bonaçunta, Adelpreto, Calapino iudicibus, Ecelino^f Tochi, Libanorio notariis de Ripa, Simone notario et aliis. Ibique coram domino Bertoldo de Guidotis de Pergamo iudice domini Mainardi ducis et cetera petit in iure Nicolaus notarius condam domine Luchesie de Ripa tamquam syndicus hominum comunitatis et universitatis terre Ripe et sindicario nomine pro eis quod ipse dominus iudex debeat pronunciare quod comune et homines Prançi debeant se abstinere boscandi, pasculandi, capulandi. utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati fuerunt per universitatem Ripe in monte Hengli [et] Tumbli et eorum pertinentiis, a fontana Deve supra; et quod dominium et districtum in predictis locis locandi, dislocandi et gaçandi et disgaçandi, saltarios ponendi et pignorandi ipsum comune et universitas terre Ripe habere debeat. Et hoc petit secundum formam

^e In seguito il toponimo è indicato *fonte* o *fontana Deve*.

^f Toh *cassato con tratto*.

unius instrumenti facti inter syndicos predictorum comunium et universitatum de predictis montibus et eorum pertinentiis. Et hoc petit pronunciari in preiudicium syndicorum de Pranço et ipsius comunis et universitatis Prançi, salvo iure ipsi Nicolao sindaco comunis Ripe adendi, minuendi, corrigendi et suplendi et alterius petitionis; et petit expensas factas ante litem et facturas in posterum protestatur. Cui petitioni seu libello dato et porecto per dictum Nicolaum notarium condam domine Luchesie de Ripa syndicum et procuratorem hominum et comunis Ripe, respondit Bonapaxius condam Sclaris de Pranço ut syndicus et procurator hominum et comunitatis Prançi quod non vult quod predictus dominus Bertoldus iudex pronunciare debeat in preiudicium ipsius syndici de Pranço et hominum comunitatis Prançi quod comune et homines Prançi debeant se abstinere boscandi, pasculandi, capulandi, utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati fuerunt per universitatem Ripe in monte Hengoli et Tumboli et eorum pertinentiis a fontana Deve supra. Nec etiam vult quod pronunciet quod dominium nec districtum in predictis locis locandi, dislocandi et gaçandi et disgaçandi, saltarios ponendi et pignorandi ipsum comune et universitas terre Ripe habere debeat in infrascriptis et pro infrascriptis locis, scilicet: in contrata Brogi, cui contrate coheret undique via publica, nec in contrata que appellatur Cassa Acassener, cui coheret undique via publica, nec in contrata que appellatur A Puesca, cui coheret via A Nespolari et aqua Gamelle et via a Doso Grumelli, nec in contrata Pasterçi que iacet iuxta Apoescam et aquam Gamelle, nec in contrata Pralongi, cui coheret aqua Gamelle et fossatum et via comunis, nec in contrata ubi dicitur Ad Campanillos, coheret via comunis et fossatum et aqua Gamelle, nec in contrata que dicitur De Ultra, coheret undique via comunis et valis Gamelle, nec in contrata ubi dicitur Ad Nespolarios, coheret a tribus partibus via et ab alia aqua Gamelle, nec in contrata ubi dicitur Ad Vaonum Tumboli, coheret a duobus lateribus via comunis et ab aliis duobus lateribus comune, nec in contrata Plegade, cui coheret ab uno latere via per quam itur ad Sanctum Martinum de subtus, via de Casa Cassener et versum mane dorsum Sancti Martini; nec in contrata Pralongi de supra viam, coheret undique via comunis et de supra comune; nec in duabus peciis terre arative et pradive iacentibus in Casaola, que possidentur per heredes condam Martini de Miora et per heredes Bontempi condam Petri, coheret undique comune; nec in contrata que dicitur in Camplo, coheret ab uno latere via et ab alio latere est comune; nec in contrata Casaole, coheret via ab uno latere et ab alio latere comune; nec in contrata que dicitur ad Puteas Çervanine, coheret ei ab uno latere valis Peçe Vecli et de subtus via per quam itur ad Celoçç et aqua Gamelle; nec in contrata que dicitur Pastegne, cui coheret a tribus lateribus comune et a quarto via; nec in contrata que dicitur Albiolis, coheret ei tovos fontane et dossum quod est in somo coste Bioli; nec in contrata que dicitur in Valsele, coheret ab omnibus lateribus comune; nec in contrata que dicitur Tuvo Cava, undique coheret comune; nec in contrata que dicitur Supra Covalum Cervedine, cui coheret comune undique; nec in contrata que dicitur A Peço Veclo, cui coheret ab uno latere fontana de supra via comunis; nec in contrata ubi dicitur ad Çelonçum, coheret undique via comunis; nec in contrata Pravecli, coheret undique via publica et comune; nec in contrata de Pra de Ba de sora via, coheret undique comune; nec in [contra]ta Casayolelle, in quo loco est quedam pecie terre arative que possidetur per Iohanem de Castiono; nec in contrata que dicitur ad Casas Hengli, coheret ei comune et via; nec in quadam pecia terre arative que iacet in summo Gammelle, que possidetur per Buscetum de Pranço condam Boniohannis; nec in quadam pecia terre arative iacente in Gamella que possidetur per Wardum de Pranço. Quas contratas, terras et possessiones dictus syndicus de Pranço paratus est ad oculum hostendre; que contrate divissim et separatim pertinent et sunt multorum hominum et personarum singulariarum de [Pranço et ear]um contratarum; dominium et districtum boscandi, desboscandi, capulandi, utendi, saltarios ponendi, pignorandi et regulandi pertinet et est comunitatis et hominum de Pranço, et possessio et quasi possessio; stegando dictus syndicus de Pranço locationem esse factam de predictis contratis, terris et possessionibus proxime nominatis. Nec etiam vult quod pro aliis partibus dictorum montium a fontana Deve supra superfluis et remanentibus a predictis contratis et possessionibus proxime supra nominatis debeat pronunciari quod [comune] et homines Prançi debeant se abstinere boscandi, pasculandi, capulandi, utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati fuerunt per universitatem Ripe nec quod dominium et districtum in predictis locis locandi, dislocandi, gaçandi, disgaçandi, saltarios ponendi et pignorandi ipsum comune et universitas terre Ripe

habere debeat, nisi ea tenus qua tenus^g permittet et precipiet ordo iuris. Unde dominus Bertoldus iudex suprascriptus statuit terminum pro prima dilatione ad probandum hinc ad .VIII. dies proximos partibus presentibus utrique parti de predicta causa. Item ibidem, in presentia dictorum testium, suprascriptus dominus Bertoldus iudex et cetera statuit terminum ipsi domino N[ico][ao] notario ut sidico et procuratori hominum et comunitatis Ripe quod die crastina per emptionem ...^h comparere debeat coram dicto domino Bertoldo responsurus petitionibus dicti Bonepaxii syndici de Pranço. Item quod dictus syndicus de Ripa cras per emptionem sit coram eo ad recipiendum capitulum suum ipsius syndici de Pranço. Item quod dictus syndicus de Pranço eidem sindico de Ripa dare debeat [dictum] capitulum in termino suprascripto. Item ibidem, in presentia dictorum [testium], dictus iudex, ad petitionem Bonapaxii suprascripti syndici de Pranço [statuit terminum] per emptionem de percipiendo misit omnibus personis quibus faciet denunciari dictus syndicus. Item ad tertiam diem proximam post denuntiationem eis factam, sub pena boni et [am]plius ad [ar]bitrium ipsius iudicis, coram eo debeant per emptionem comparere ad peribendum testimonium ipsius syndici de predicta causa et constituit quemlibet viatorem curie qui eis denuntiet dictum terminum et preceptum.

Item ibidem, in presentia dictorum testium. Ibique dictus dominus Bertoldus iudex suprascriptus statuit terminum peremptorium Nicolao sindico de Ripa suprascripto presenti quatenus hodie ad VIII dies proximos sit coram eo ad videndum iuratos testes syndici de Pranço predicti.

Ego Conradus condam domini Braçalbeni sacri palatii notarius una cum suprascripto Simone notario his omnibus interfui et rogatus scripsi.

(S) Ego Simon domini Henrici episcopi Tridentini notarius suprascriptis omnibus una cum Conrado notario interfui, meum signum posui et rogatus me subscripsi.

1287 dicembre 11, Trento, nel palazzo vescovile.

Il sindaco di Pranzo ribadisce le sue rivendicazioni alle quali il sindaco di Riva si oppone.

Originale, ACR capsula 2 n. 27-c.

(S) Anno Domini millesimo CC.LXXXVII, indictione XV, die iovis .XI. intrante decembri, Tridenti, in palatio episcopatus superiori, presentibus dominis Gratiadeo, Bonaçunta, Adelpreto, Calapino iudicibus, Simone, Iohanne notariis et aliis. Ibique coram domino Bertoldo de Guidotis de Pergamo iudice domini Mainardi ducis Karinthe et comitis Tyrolensis et cetera, ponit et probare intendit si negaretur Bonapaxius condam Scholaris de Pranço tamquam syndicus et procurator hominum et comunitatis et universitatis Prançi et sindicario nomine pro ipsis hominibus et comunitaten contra Nicolaum notarium condam domine Luchesie syndicum et procuratorem hominum et comunitatis Ripe quod infrascripte contrate et possessiones iacentes in montibus Engoli et Tumboli et eorum pertinentie a funtana Deve supra, videlicet contrata Brogi, cui coheretⁱ undique via publica; et contrata que appellatur Cassa a Casener, cui coheret undique via^j publica; et contrata que appellatur A Puesca, cui coheret via A Nespolari et aqua Gamelle et via a Dosso Grumelli; et contrata Pastercii que iacet iuxta Apuestam et aquam Gamelle; et contrata Pralongi, cui coheret aqua Gamelle et fossatum et via comunis; et contrata ubi dicitur Ad Campanillos, coheret via comunis et fossatum et aqua Gamelle; et contrata que dicitur De Ultra, coheret undique via comunis et valis Gamelle; et contrata ubi dicitur Ad Nespolarios, coheret a tribus partibus via et ab alia aqua Gamelle; et contrata ubi dicitur Ad Vaonum Tumboli, coheret a duobus lateribus via comunis et ab aliis duobus lateribus comune; et contrata Plegade, cui coheret ab uno latere via qua itur ad Sanctum Martinum de subtus, via de Casa Cassener et versus^k mane

^g pertinet cassato con tratto

^h Lacuna di una parola.

ⁱ ett cassato con punti sottoscritti.

^j via ripetuto

^k et versus ripetuto.

dorsum Sancti Martini; et contrata Pralongi de supra viam, coheret undique via comunis et de supra comune; et duas pecias terre arative et prative iacentes in Cassaiola, que possidentur per heredes condam Martini de Miora et per heredes Bontempi condam Petri, coheret undique comune; et contrata que dicitur in Camplo, coheret ab uno latere via et ab alio latere est comune; et contrata Casaolle, coheret via ab uno latere et ab aliis lateribus comune; et contrata que dicitur ad Puteas Çervavine, coheret ab uno latere valis Peçe Vecli et de subtus via per quam itur ad Çeloç et aqua Gamelle; et contrata que dicitur Pastegne, cui coheret a tribus lateribus comune et a quarto¹ via; et contrata que dicitur Albiolis, coheret ei tovus fontane et dossum quod est in summo coste Bioli; et contrata que dicitur Valsele, coheret ab omnibus lateribus comune; et contrata que dicitur Tovo Cava, undique coheret comune; et contrata que dicitur Supra Covalum Çervadine, cui coheret undique comune; et contrata que dicitur Ad Peço Veclo, cui coheret ab uno latere fontana de supra via comunis; et contrata ubi dicitur Ad Çelonçum, coheret undique via comunis; et contrata Pra Vecli, coheret undique via publica et comune; et contrata de Pra de Ba de sora via, coheret undique comune; et contrata Casayolle, in quo loco est quedam pecie terre arative que possidetur per Iohanem de Castiono; et contrata que dicitur ad Casas Hengli, coheret ei comune et via; et quedam pecia terre arative que iacet in summo Gamelle, que possidetur per Buscetum de Pranço condam Boniohannis; et quedam pecia terre arative iacens in Gamella que possidetur per Wardum de Pranço, divissim et separatim sunt personarum singulariarum de Pranço quarundam plus quarundam minus habentium de dictis contratis, terris et possessionibus. Ad quod salvo iure inpertinentie respondit dictus Nicolaus ut syndicus dictorum hominum de Ripa quod nessit nec credit.

Item quod persone de Pranço que modo sunt et sui datores pro libero et expedito alodio et iustis titulis divissim et separatim quidam minus et quidam plus predictas contratas, terras et possessiones possident et continue possederunt per X.XX.XXX.XL.L. et .LX. LXX et LXXX annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria. Ad quod salvo iure inpertinentie respondit dictus Nicolaus ut syndicus dictorum hominum de Ripa quod nessit nec credit.

Item quod dominium et districtum predictarum contratarum, terrarum et possessionum regulandi predictas contratas, terras et possessiones et eis saltarios ponendi, pignorandi spectat ad ipsum comune Prançi et universitatem et est ipsius comunitatis. Ad quod salvo iure inpertinentie respondit dictus syndicus de Ripa quod non credit.

Item quod predice contrate singulariter et expresse nominate sunt et fuerunt de districtu et territorio Prançi et infra confines Prançi. Ad quod salvo iure inpertinentie respondit dictus syndicus de Ripa quod non est verum et non credit.

Item quod ipsa comunitas et universitas hominum de Pranço possident vel quasi et possederunt vel quasi iura regulandi dictas terras et possessiones, saltarios ponendi, pignorandi. Ad quod salvo iure inpertinentie respondit dictus syndicus de Ripa quod non credit.

Item quod predicta comunitas et homines de Pranço possident et quasi, possederunt et quasi alias partes predictorum montium a fontana Deve supra et remanentes a predictis contratis nominatis expresse buscando, pasculando, capulando et malgando et foleas faciendo libere sine molestatione alicuius persone per X.XX.XXX.XL.L.LX. LXX.LXXX annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria. Ad quod salvo iure inpertinentie respondit dictus syndicus de Ripa quod nescit nec credit.

Item quod de his omnibus et singulis est sonus et fama publica in terra Prançi et per totam Iudicariam; nec astringit se dictus syndicus ad predicta omnia probanda, set ad ea tantum vel ad id quod sufficiat ad defensionem cause hominum de Pranço, salvo iure adendi huic capitulo et alia de novo faciendi. Ad quod etiam salvo iure inpertinentie respondit dictus syndicus de Ripa quod non credit.

Item eo die, loco et testibus. Ibique dictus dominus Bertoldus iudex et cetera, ad petitionem dicti Bonapaxii de Pranço ut syndici suprascripti statuit terminum peremptorium domino Nicolao notario de Ripa presenti ut sidico et procuratori dictorum hominum et comunitatis Ripe quatenus hinc ad diem lune proximam venturam fecerit interrogaciones super capitulo ei porecto per ipsum syndicum de Pranço.

¹ comune cassato.

Item ibidem, in presentia dictorum testium. Ibique dictus dominus Bertoldus iudex et cetera, ad petitionem dicti Nicolai notarii ut syndici suprascripti statuit terminum peremptorium ipsi Bonapaxio presenti ut sindaco et procuratori hominum de Pranço hinc ad diem lune proximum ad respondendum petitionibus ipsius syndici de Ripa.

Item statuit ipsi sindaco de Ripa ad facendum petitiones suas in scriptis et ad presentandum ei sindaco de Pranço.

Ego Conradus condam domini Braçalbeni sacri palatii notarius una cum infrascripto Simone notario interfui et rogatus scripsi.

(S) Ego Simon domini Henrici episcopi Tridentini^m una cum Conrado notario suprascriptis omnibus interfui, meum signum posui et rogatus me subscripsi.

1287 dicembre 18, Trento, nel palazzo vescovile.

Originale, ACR capsula 2 n. 27-d.

Il sindaco di Riva presenta una memoria di 14 capitoli tendente a dimostrare la piena giurisdizione della sua comunità sul territorio dei due monti e a precisare la natura e i limiti dei diritti concessi agli uomini di Pranzo con l'investitura del 1211. Il sindaco di Pranzo ribatte punto per punto continuando a sostenere i diritti degli uomini di Pranzo. Il giudice decide quindi di convocare i testimoni a favore della comunità di Riva e ingiunge al sindaco di Pranzo di presentarsi per controinterrogarli sulla base dei 14 capitoli contenuti nella petizione del sindaco di Riva. Sulla base di questi capitoli verranno raccolte le deposizioni dei testimoni addotti dal procuratore della *villa* di Pranzo.

(S) Anno Domini millesimo CC LXXXVII, indictione XV, die iovis XIII exeunte decembri, Tridenti, in palatio episcopatus. Presentibus Gratiadeo, Iohanne, Bonaçunta, Calapino iudicibus, Nicolao notario et aliis. Ibique coram domino Bertoldo de Guidotis de Pergamo, iudice domini Mainardi Karintie ducis et cetera, ponit in iure et probare intendit, si negaretur, Nicolaus notarius condam domine Luchesie de Ripa tamquam syndicus et procurator hominum et comunitatis et universitatis Ripe et pro eis sindicario nomine contra Bonapaxium condam Sclaris de Pranço ut syndicum et procuratorem hominum et comunitatis de Pranço et pro eis sindicario nomine quod montes Hengoli et Tumboli a fonte Deve supra cum omnibus suis pertinentiis et confinibus sunt in plebatu et de plebatu, territorio et districtu hominum dicte comunitatis et universitatis Ripe; ad quod respondit dictus Bonapaxius ut syndicus suprascriptus dictorum hominum de Pranço et pro eis quod terre aratorie et prative et [sign]ate ac confinate expresse in responsione dicti syndici de Pranço, que sunt et dicunt singularium personarum non sunt de plebatu Ripe; alie vero partes que sunt in summitate dictorum montium remanentes a predictis credit quod sint de plebatu Ripe.

Secundum. Item quod de predictis est, fuit et stetit sonus et fama publica in Ripa, in Arc[o], in plebatu Tenni et quasi per totam Iudicariam per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria; non respondit dictus syndicus de Pranço, quia dicit posuisse contrarium.

III Item quod predicti montes Hengoli et Tumboli a fontana Deve supra sunt et per[tinent] hominibus comunitatis et universitatis terre Ripe et de ipsis montibus sunt et steterunt in tenuta et possessione vel quasi possessione per X.XX.XXX.XL.L. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria viventis; non respondit etiam dictus syndicus de Pranço occasione predicta.

IIII Item quod homines dicte comunitatis et universitatis terre Ripe sunt et steterunt in tenuta et etiam possessione vel quasi boscandi, pasculandi, capulandi, segandi, fratandi et utendi in dictis montibus a fonte Deve supra per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria; non respondit dictus syndicus occasione predicta.

^m Il rogatore omette per errore il consueto notarius.

V Item quod regula, dominium et districtum regulandi, gaçandi et disgaçandi dictos montes a fonte Deve supra usque ad confines et summitatem montium Hengoli et Tumboli est et pertinet hominibus comunitatis et universitatis terre Ripe; non respondit etiam dictus syndicus occasione predicta.

VI Item quod de ipso iure, dominio et districtu regulandi dictos montes a fonte Deve supra, a summo usque deorsum homines comunitatis et universitatis terre Ripe suntⁿ et steterunt in possessione vel quasi per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria, scilicet gaçando et desgaçando, saltuarios et iura[to]s suos ponendo ad custodiendum regulas et postas per eos factas in dictis montibus et pignerando homines tam de Pranço quam aliunde qui fecerint contra regulas et postas eorum; non respondit occasione predicta.

VII Item quod ea que in proximo capitulo continentur sunt et steterunt publica, manifesta et notoria in plebatibus Ripe, Archi et Tenni et in illis pertinentiis per dictum tempus; non respondit dictus syndicus occasione predicta.

VIII Item quod homines et comunitas Prançi sunt de plebatu et in plebatu Tenni; quod confessus fuit dictus syndicus de Pranço.

VIII Item quod homines et comunitas plebatus Tenni consueverunt et consueti sunt attendere postas et regulas hominum et comunitatis Ripe de his possessionibus quas habent ipsi de Tenno in plebatu Ripe per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria; quod negavit dictus syndicus de Pranço.

X Item quod syndicus Prançi pro hominibus et universitate Prançi recepit investituram a sindico comunis Ripe de dictis montibus Hengoli et Tumboli et eorum pertinentiis et confinibus a fonte Deve supra cum certis pactis, conditionibus et modis prout in instrumento investiture facto manu Iohannis notarii plenius continetur; ad quod respondit quod nescit et, si reperi[re]tur, credit quod^o in instrumento continentur fuerint vera quando instrumentum factum fuit.

XI Item quod syndicus de Ripa, cum fecit predictam investituram, reservavit sibi et [ho]minibus terre Ripe dominium et districtum in predictis montibus Hengoli et Tumboli a fonte Deve supra locandi^p, dislocandi, gaçandi, disgaçandi, saltuarios ponendi et pignerandi, presente, volente et consentiente sindico Prançi; ad quod respondit dictus syndicus de Pranço [quod] credit quod in instrumento continetur, scilicet quod fuerit verum quando in ins[tru]men[tum] factum fuit.

XII Item quod si reperiretur homines comunitatis et universitatis Prançi habuisse aliquam possessionem vel quasi possessionem in dictis montibus Hengoli et Tumboli quod ipsam habuissent a sindico et universitate et universitate terre Ripe et pro eis hominibus de Ripa et eorum nomine; quod negavit dictus syndicus de Pranço.

XIII Item quod III homines Prançi tenentur et sunt consueti venire omni anno cum crucibus terre Ripe et plebis Ripe ad eorum litanias et dare operas et laborare ad ecclesiam terre Ripe occasione investiture facte per syndicum de Ripa in syndicum de Pranço de dictis montibus a fonte Deve supra; non respondit quia dixit quod pendebat ex precedentibus.

XIII Item quod de his omnibus et singulis est sonus, vox et fama publica in plebatibus Ripe, Archi et Tenni et quasi per totam Iudicariam; nec astringit se dictus Nicolaus syndicus suprascriptus ad predicta omnia probanda, set ad ea tantum vel ad id que vel quod sufficiant ad victoriam sue cause, salvo iure ipsi sindico de Ripa addendi huic capitulo et alia de novo faciendi et cetera; non respondit syndicus suprascriptus.

Item eo die loco et testibus. Ibique dictus dominus Bertoldus de Guidotis iudex suprascriptus statuit terminum probationis pro secundo de causa vertente inter predictos syndicos hinc ad octo dies proximos post octavam epifanie proxime venture utrique parti partibus presentibus, scilicet sindicis suprascriptis.

Item eo die loco et testibus. Ibique dictus dominus Bertoldus iudex suprascriptus ad petitionem dicti Nicolai de Ripa ut syndici suprascripti [statuit terminum peremptorium] **ad precipiendum** missis omnibus testibus et personis quibus voluerit facere denuntiari dictus syndicus seu quibus ex parte sua fuerit denunciatum quatenus sub pena banni et pena eris eisdem ad arbitrium iudicis

ⁿ sunt *ripetuto nel ms.*

^o *Leggi que.*

^p *s cassata con tratto.*

auferenda, debeant comparere per emptionem coram eo in proximo sequenti die post octavam epifanie proxime ad perabendum testimonium ipsius sindici de Ripa contra dictum syndicum de Pranço in causa predicta et constituit quemlibet viatorem curie qui eis denuntiet dictum terminum et preceptum.

Item ibidem, in presentia dictorum testium. Ibique dictus dominus Bertoldus iudex suprascriptus ad petitionem dicti Nicolai ut sindici suprascripti statuit terminum peremptorium ipsi Bonapasio ut sindico suprascripto presenti quod sit in dicto termino coram eo iudice ad videndum iuratos testes ipsius sindici de Ripa.

Item ibidem, in presentia dictorum testium. Ibique dictus dominus Bertoldus iudex suprascriptus ad petitionem dicti Nicolai notarii ut sindici suprascripti statuit terminum peremptorium ipsi Bonapaxio presenti ut sindico suprascripto quatenus hinc ad diem sabatum proximum fecerit interrogationes super capitulis ei sindico porectis ibidem et presentatis.

Ego Conradus condam domini Braçalbeni sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

1288 aprile 22, Trento, nel palazzo vescovile.

Bertoldo di Guidoto da Bergamo, giudice e vicario per conto di Mainardo, duca di Carinzia e conte del Tirolo, delegato nella causa vertente tra le comunità di Riva e di Pranzo per il possesso e lo sfruttamento dei monti Englo e Tombio, emette una sentenza in favore dei Rivani e vieta agli uomini di Pranzo di far legna, pascolare e usufruire in qualsiasi modo nei luoghi che furono e sono **delimitati**, custoditi e protetti dalla comunità di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 26. Sul verso di mano del sec. XIII: « Sentencia confirmata ... per eorum syndicos supra qua illi de Pranzo apelaverunt cum toto processu facto ... cione».

Reg. in Tovazzi, *Inventarium*, pp. 11-12.

La pergamena presenta alcune rasature circoscritte.

(S) In Christi nomine. Nos Bertoldus de Guidotis de Pergamo, [iudex] et vicarius domini Mainardi, Karinthie ducis, tamquam delegatus in hac causa specialiter constitutus a dicto domino duce et etiam omni iure quo melius v[alere] et tenere potest, cognoscentes causam et questionem vertentem inter [Nic]olaum notarium de la Luchesia de Ripa tamquam syndicum hominum, comunitatis et universitatis terre Ripe agentem et petentem ex una parte, conquerentem et non inter Bonapaxium condam Scholaris de Pranço ut syndicum hominum et comunitatis Prançi ex altera se defendentem; in qua quidem causa et questione petebat in iure dictus Nicolaus notarius de la Luchesia de Ripa tamquam syndicus et procurator dictorum hominum et comunitatis ac universitatis terre Ripe et sindicario nomine pro eis quod nos iudex et vicarius ac delegatus suprascriptus deberemus pronunciare quod comune et homines Prançi debeant se abstinere boscandi, pasculandi, capulandi, utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati fuerunt per universitatem Ripe in monte Hengli et Tomboli et eorum pertinentiis [a f]untana Deve supra; et quod dominium et districtum in predictis locis locandi, dislocandi et gaçandi et desgaçandi, saltuarios ponendi et pi[gnora]ndi ipsum comune et universitas terre Ripe habere debeat; et hoc petebat secundum formam unius instrumenti facti inter syndicos predictorum comunium et universitatum de predictis montibus et [eorum] pertinentiis; et hoc petebat pronunciari in preiudicium syndicorum et ipsius comunis et universitatis Prançi, salvo iure ipsi Nicolao sindaco comunis Ripe adendi, minuendi, corrigendi et supp[re]ndi et alterius petitionis, et petebat [e]xpensas factas ante litem et facturas in poste[rum] protestabatur; cui petitioni seu libello dato et po[st]recto per dictum Nicolaum notarium condam domine Luchesie de [Ri]pa syndicum et procuratorem hominum et comunitatis Ripe^a; respondebatur [per Bo]napaxium condam Scholaris de Pranço ut syndicum et procuratorem hominum et comunitatis Prançi quod n[on]le[bat] quod nos Bertoldus iudex suprascriptus pronunciare deberemus [in] preiudicium ipsius syndici de Pranço [et hominum] co[munitatis] Prançi quod comune et homines Prançi debeant se abstinere boscandi, paculandi, capulandi, utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati fuerint per universitatem Ripe in monte Hengoli et Tumbo[li] et eorum pertinentiis a fontana Deve [supra], non etiam vult quod pronunciet quod dominium et districtum in predictis locis locandi, dislocandi et gaçandi et desgaçandi, saltuarios ponendi, pignorandi ipsum comune et universitas terre Ripe habere debeat in infrascriptis et pro in[fra]scriptis locis, [sci]licet in [contra]ta Bro[gi], cui contrate coheret undique via publica, nec in contrata que appellatur Cassa Cassener, cui coheret undique via publica, nec in contrata que appellatur Appoesca, cui coheret via a Nespolari et Aqua Gamelle et via Dosso Grumelli, [nec] in contrata Pastercii que iacet iuxta Apoesta(m) et aquam Gamelle, nec in contrata Pralongi, cui coheret aqua Gamelle et fossatum et via comunis, nec in contrata ubi dicitur ad Ca[m]panillos, coheret via comunis et fossatum et aqua Gamelle, nec in contrata que [dicitur] De [ul]tra, coheret undique via comunis et valis Gamelle, nec in contrata ubi dicitur ad Nespolarios, coheret a tribus partibus via et ab alia aqua Gamelle, nec in contrata

^a quod noli *cassato*.

ubi dicitur ad Vaonum Tumboli, coheret a duobus lateribus via comunis et ab aliis duobus lateribus comune, nec in contrata Plegade, cui coheret ab uno latere via per quam itur ad Sanctum Martinum de subtus, via de Casa Cassener et versum mane **dorsum** Sancti Martini et nec in contrata Pralongi de supra viam, coheret undique via comunis et de supra comune et nec in duabus peciis terre arative et prative iacentibus in Casaola, que possidentur per heredes condam Martini de Miora et per heredes Bontempi condam Petri, coheret undique comune, et nec in contrata que dicitur in Caplo, coheret ab uno latere via et ab alio latere etiam comune, et nec in contrata Casaolle, coheret via ab uno latere et ab alio latere comune, et nec in contrata que dicitur ad Puteas Çernavine, coheret ei ab uno latere [vallis] Peçe vecli et de subtus via per quam itur ad Çelouç et [aqua] Gamelle, et nec in contrata que dicitur [Pa]s[te]gne, cui coheret a tribus lateribus comune et a quarto via, nec in contrata que dicitur Al Biol, coheret ei tovis fontane et dossum quod est in [somo] coste Biolli, nec in contrata que dicitur in Valsele, coheret ab omnibus lateribus comune, nec in contrata que dicitur Tovo Cava, undique coheret comune, nec in contrata que dicitur supra [Co]valum Cervedine, cui coheret undique comune, [nec in] contrata que dicitur a Peçe Veclo, cui coheret ab uno latere fon[tana] de supra via comunis, nec in contrata ubi dicitur ad Çelonçum, coheret undique via comunis, nec in contrata Pravecli, coheret undique via publica et comune et nec in contrata [de Pra de Ba] de sora via, coheret undique comune, nec in [contra]ta Casay[o]le, in quo loco est quedam pecie terre arative que possidentur per Iohannem de Castiono, nec in contrata que dicitur ad Cassas Hengli, coheret ei comune et via, nec in quadam pecia terre arative que iacet in summo Gammelle, que possidetur per Boscetum de Pranço condam Boniohannis, nec in quadam pecia terre arative iacente in Gamella, que possidetur per Wardum de Pranço. Quas contratas, terras et possessiones dictus syndicus de Pranço paratus erat ad o[cul]um hostendre; que contrate divissim et separatim pertinent et sunt multorum hominum et personarum singulariarum de Pranço et earum contratarum dominium et districtum boscandi, desboscandi, capulandi, utendi, saltarios ponendi, pignorandi et regulandi pertinet et est comunitatis et hominum de Pranço et possessio et quasi possessio; stegando dictus sidicus de Pranço locationem esse factam de predictis contratis terris et possessionibus proxime nominatis. Nec etiam volebat quod pro aliis partibus dictorum montium a fontana Deve supra superfluis et remanentibus a predictis contratis et possessionibus proxime supra nominatis debeat pronunciari quod comune et homines Prançi debeant se abstinere boscandi, pasculandi, capulandi, utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati fuerunt per universitatem Ripe nec quod dominium et districtum locandi, dislocandi, capulandi, utendi, saltarios ponendi et pignorandi et regulandi ipsum comune et universitas terre Ripe habere debeat nisi ea tenus qua tenus permittet et precipiet ordo iuris. Ponens et dicens dictus Nicolaus notarius de la Luchesia de Ripa ut syndicus et procurator superscriptus dictorum hominum et comunitatis ac universitatis Ripe et pro eis sindicario nomine contra dictum Bonapaxium condam Scholaris de Pranço ut syndicum et procuratorem hominum et comunitatis de Pranço et pro eis sindicario nomine quod montes Hengoli et Tumboli a fonte Deve supra cum omnibus suis pertinentiis et confinibus sunt in plebatu et de plebatu, territorio et districtu hominum dicte comunitatis et universitatis Ripe; ad quod respondebatur per dictum Bonapaxium de Pranço ut syndicum et procuratorem dictorum hominum de Pranço et pro eis quod terre aratorie et prative et [nomin]ate ac confinate expresse in responsione dicti syndici de Pranço, que sunt et dicunt singularium personarum non sunt de plebatu Ripe. Alie vero partes que sunt in summitate dictorum montium remanentes a predictis, credit quod sint de plebatu Ripe.

Secundum. Item quod de predictis est, fuit et stetit sonus et fama publica in Ripa, in Arc[o], in plebatu Tenni et quasi per totam Iudicariam per X.XX.XXX.XI.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria.

III Item quod predicti montes Hengoli et Tumboli a fontana Deve supra sunt et per[tinent] hominibus comunitatis et universitatis terre Ripe et de ipsis montibus sunt et steterunt in tenuta in tenuta et possessione vel quasi possessione per X.XX.XXX.XL.L. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria viventis.

IIII Item quod homines dicte comunitatis et universitatis terre Ripe suny et steterunt in tenuta et etiam possessione vel quasi boscandi, pasculandi, capulandi, segandi, fratandi et utendi in dictis montibus a fonte Deve supra per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria.

V Item quod regula, dominium et districtum regulandi, gaçandi et disgaçandi dictos montes a fonte Deva supra usque ad confines et summitatem montium Hengoli et Tumboli est et pertinet hominibus comunitatis et universitatis terre Ripe.

VI Item quod de ipso iure, dominio et districtu regulandi dictos montes a fonte Deve supra, a summo usque deorsum homines comunitatis et universitatis terre Ripe sunt et steterunt in possessione vel quasi per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria, scilicet gaçando et desgaçando, saltuarios et iura[to]s suos ponendo ad custodiendum regulas et postas per eos factas in dictis montibus et pignerando homines tam de Pranço quam aliunde qui fecerint contra regulas et postas eorum.

VII Item quod ea que in proximo capitulo continentur sunt et steterunt publica, manifesta et notoria in plebatibus Ripe, Archi et Tenni et in illis pertinentiis per dictum tempus.

VIII Item quod homines et comunitas Prançi sunt de plebatu et in plebatu Tenni.

VIII Item quod homines et comunitas plebatus Tenni consueverunt et consueti sunt attendere postas et regulas hominum et comunitatis Ripe per X.XX.XXX.XL.L.LX.LXX. annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria.

X Item quod syndicus Prançi pro hominibus et universitate Prançi recepit investituram a sindico comunis Ripe de dictis montibus Hengoli et Tumboli et eorum pertinentiis et confinibus a fonte Deve supra cum certis pactis, conditionibus et modis prout in instrumento investiture facto manu Iohannis notarii plenius continetur; ad quod respondit quod nescit et, si re[per]i[re]tur, credebat quod in instrumento continebantur fuerint vera quando instrumentum factum fuit.

XI Item quod syndicus de Ripa, cum fecit predictam investituram, reservavit sibi et hominibus terre Ripe dominium et districtum in predictis montibus Hengoli et Tumboli a fonte Deve supra locandi, gaçandi, disgaçandi, saltuarios ponendi et pig[n]erandi, presente, volente et consentiente sindico Prançi; ad quod respondit dictus syndicus quod credit quod in instrumento continetur, scilicet quod fuerit verum quando instrumentum factum fuit.

XII Item quod si repe[ri]retur homines comunitatis et universitatis Prançi habuisse aliquam possessionem vel quasi possessionem in dictis [montibus] Hengoli et Tumboli quod ipsam habuissent a sindico et universitate et universitate terre Ripe et pro eis hominibus de Ripa et eorum nomine.

XIII Item quod III homines Prançi tenentur et sunt consueti venire omni anno cum crucibus terre Ripe et plebis Ripe ad eorum litanias et dare operas et laborare ad ecclesiam terre Ripe occasione investiture facte per syndicum de Ripa in syndicum de Pranço de dictis montibus a fonte Deve supra; ad quod noluit

respondere dictus syndicus de Pranço, dicens quod pendebat ex precedentibus.

XIII Item quod de his omnibus et singulis est sonus, vox et fama publica in plebatibus Ripe, Archi et Tenni et quasi per totam Iudicariam; [nec adstr]ingens se dictus Nicolaus syndicus suprascriptus ad predicta omnia probanda, set ad ea tantum vel ad id que vel quod sufficiant ad victoriam sue cause, salvo iure ips[i] sindico de Ripa addendi huic capitulo et alio de novo faciendi et cetera; non respondit syndicus suprascriptus.

Ex adverso ponebatur et dicebatur per dictum Bonapaxium condam Sclaris de Pranço tamquam syndicum et procuratorem hominum et comunitatis ac universitatis Prançi et pro ipsis hominibus et comunitate contra dictum Nicolaum notarium de l[a] Luchesi[a] de Ripa sicut syndicum et procuratorem hominum et comu[n]itatis Ripe quod omnes suprascripte contrate et possessiones iacentes in montibus Hengoli et Tumboli et eorum pertinentie a [f]onte Deve supra nominate et specificate in responsione facta per bene syndicum de Pranço libello ipsius sindici de Ripa divisim et separatim sunt personarum singulariarum de Pranço quarundam plus et quarundam minus habentium de dictis contratis, terris et possessionibus. Ad quod respondebatur per predictum Nicolaum notarium de Ripa ut syndicum suprascriptum quod nesciebat nec credebat. Item quod persone de Pranço que modo sunt et sui dadores pro libero et expedito alodio et iustis titulis divisim et separatim quidam minus et quidam plus predictas contratas, terras et possessiones possident et continue possederunt per X.XX.XXX.X[L].L.LX.LXX et LXXX annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria. Ad quod, salvo iure in pertinentiis, respondebatur per dictum Nicolaum ut syndicum suprascriptum de Ripa quod nesciebat nec credebat. Item quod dominium et districtus predictarum contratarum terrarum et possessionum, regulandi predictas contratas terras et possessiones, in eis saltuarios ponendi et pignorandi spectat

ad ipsum comune Prançi et universitatem et est ipsius comunitatis; ad quod, salvo iure in pertinentie, respondebatur per dictum syndicum de Ripa quod non credebat. Item quod predictae contrate singulariter et expresse nominate, sunt et fuerunt de districtu et territorio Prançi et infra confines Prançi. Ad quod, salvo iure in pertinentie, respondebatur per dictum syndicum de Ripa quod non erat verum nec credebat. Item quod ipsa comunitas et universitas hominum de Pranço possident vel quasi et possederunt vel quasi iura regulandi dictas terras et possessiones, saltuarios ponendi, pignorandi. Ad quod, salvo iure in pertinentie, respondebatur per dictum syndicum de Ripa quod non credebat. Item quod predicta comunitas et homines de Pranço possident et quasi, possederunt et quasi alias partes predictorum montium a fontana Deve supra et remanentes a predictis contratis nominatis expresse buscando, pasculando, capulando et malgando et foleas faciendo libere sine molestatione alicuius persone per X.XX.XXX.XL.L.LX et LXX annos et plus et tanto tempore cuius non exstat memoria. Ad quod, salvo iure in pertinentie, respondebatur per dictum syndicum de Ripa quod nesciebat nec credebat. Item quod de his omnibus et singulis est sonus et fama publica in terra Prançi et per totam Iudicariam. Nec astringebat se dictus syndicus ad predicta omnia probanda, set ad ea tantum vel ad id quod sufficiat ad [victoriam] et de[fen]sionem cause hominum de Pranço, salvo iure [ad]dendi huic capitulo et alia de novo faciendi. Ad quod etiam salvo iure in pertinentie, respondebatur per dictum syndicum de Ripa quod non credebat.

Et unde cum hec et alia m[ul]ta ab utraque parte dicerentur et alegarentur, demum visis, auditis et co[gn]i[tis] actoribus et alegationibus utriusque partis et testibus et cartis ab utraque parte introductis et ipsis omnibus et singulis diligenter inspectis et examinatis, et diligenter examinata carta [lo]cationis dictorum montium Hengoli et Tumboli scripta per condam Iohannem notarium, su[b] millesimo ducentesimo undecimo, indictione XIII, die dominico IIII intrante mense septembris, in Ripa, in coro ecclesie Sancte Marie, et aliis multis et pluribus instrumentis ab utraque p[ar]te in[tro]d[uc]tis a[c] diligenter inspectis et datis pluribus peremptoriis et el[ap]sis ipsis, nos Bertolameus de Guidotis iudex et vicarius suprascriptus tamquam delegatus in hac causa specialiter constitutus a predicto domino [duce] et omni alio [mo]do et iure quo melius valere et tenere [potest] ... et ...endi in scriptis sententiamus et pronuntiamus, presentibus partibus, suprascriptum Bonapaxium de Pranço sindicario nomine pro dicto comuni Prançi et per ipsum syndicum, dictum comune Prançi debere se abstinere buscandi, pasculandi, capulandi, ...landi, utendi ab illis locis qui custoditi et ingaçati [fuer]int [per] universitatem Ripe in monte Hengoli et Tumboli et eorum pertinentiis a fontana Deve supra^f, salvis eis omnibus et singulis que inferius dicuntur et quod dominium et districtus et ius [in] dictis locis et montibus gaçandi, desgaçandi et saltuarios ponendi et pignorandi civiliter et competenti modo, sine fraude aliqua, ipsum comune et universitatem Ripe habere debere et ad ipsum pertinere, salvis et detractis et exceptatis terris et possessionibus [...]sorum et singulariarum personarum, que tenentur et possidentur et tenute et possesse fuerunt iustis et veris titulis per se vel per datores suos seu predecessores a die dominico IIII intrante mense septembris, supra millesimo ducentesimo undecimo, indictione XIII, ante i[psa]m d[iem] suprascripte investiture seu locationis, scilicet [est] in instrumento locationis plenius continetur. In quibus et super quibus dicimus et pronunciamus ipsum comune Ripe nullum ius habere ingaçandi, desgaçandi, saltuarios ponendi nec pignorandi. Et hoc salvo quod [homines de] P[ranço] possint in eis montibus malgare ut homines [Rip]e. Et si homines Ripe noluerint in eis malgare, tamen homines Prançi possint et debeant in eis malgare sine eorum de Ripa contradictione ad suam voluntatem dictorum hominum de Pranço d[um] tamen alienas bestias non tenuerint in quibus partem non hab[uerin]t; de expensis enim nichil dicimus, set compensationem admittimus cum ambe partes iustam causam habuerint litigandi.

Lata est hec sententia in scriptis anno Domini millesimo du[cen]tesimo octuagesimo octavo, indictione prima, die iovis nono exeunte aprili, Tridenti, in palatio episcopatus, presentibus dominis Iacobo **comeso**, Gislenberto de Brentonico, Ol[dr]ico Iuvene de Tridento cano[nico] Tridentino, Petro fisico, Gratiadeo, Adelpreto, Bonaçunta, Calapino de Flaveo, Calapino de Tridento, Rodegerio, Lundo iudicibus, Rubeo fisico, Bona fortuna, Çampogna, Petro, Ottolameo de Stagnatis, Simone, Martino [condam] Iacobi, Martino condam domini Mori, Nicolao de Cugnola, Henrico de Oveno, Valeriano notariis et aliis.

^f a fontana Deve supra *sottolineato*.

Ego Conradus condam domini Braçalbeni sacri palatii notarius re[c]itationi huius sententie una cum infrascripto Simone notario interfui et ipsam de mandato, licentia et auctoritate suprascripti iudicis, vicarii et delegati autenticavi et publicam formam redaxi [et] signum meum posui et rogatus scripsi.

(S) Ego Simon domini Henrici episcopi Tridentini notarius [re]ci[ta]tioni huius sentencie una cum suprascripto Conrado notario interfui et ipsa sentencie signum meum posui et rogatus me subscripsi de manda[to] et auctoritate iudicis suprascripti.

Anno Domini millesimo .CC.LXX[XV]III, indictione pri[ma], die iovis nono exeunte aprili, Tridenti, in palatio superiori episcopatus, persentibus dominis.

1289 giugno 7, Trento, nel palazzo vescovile.

Odorico da Coredo, vicario delle Giudicarie per conto di Mainardo duca di Carinzia e conte del Tirolo, su istanza di Caloco, podestà di Riva, e di Pacifico e Gavardino, sindaci-procuratori della comunità rivana, ordina agli uomini e alle comunità di Tenno, Bleggio e Lomaso di restituire i buoi e le vacche da loro e dagli uomini di Pranzo **sottratti** agli uomini di Riva ed **incarica un nunzio di notificare tali ordinanze alle popolazioni di dette comunità**.

Lo stesso giorno **il medesimo vicario delle Giudicarie ordina inoltre agli uomini e alle comunità di Tenno, Bleggio e Lomaso di non ostacolare né danneggiare i Rivani sui monti Englo e Tombio quando essi vi si recano per fare legna e condurre al pascolo le loro bestie** ed incarica un nunzio della curia trentina di notificare tali ordinanze alle popolazioni di dette comunità.

Originale, ACR capsula 2 n. 95.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 48-49.

La pergamana è in cattivo stato di conservazione: alcune macchie di umidità si estendono nella parte iniziale in corrispondenza della *datatio*, l'inchiostro è qua e là sbiadito, soprattutto nella prima parte del documento.

(S) [Anno] Domini millesimo .CC.LXXXVIII, indictione secunda, [die VII] intrante iunio, Tridenti, in palatio episcopatus, presentibus dominis Iohanne de [Cavede]no iudice, [N]igro et Odorico ...coço iudicibus ac magistro Rubeo ph[is]ico et Odorico Badecha et Petro et Çacheo notariis et aliis testibus. Ibique ad instanciam et requisitionem domini Calochi potestatis Ripe et dominorum Paciffici et Gavardini de Ripa sindicorum et procuratorum hominum et comunitatis Ripe, dominus Odoricus de Coredo vicarius inter homines Iudicarie per preclarum dominum Maianardum ducem Karinthie et comitem Tyrolis nec non advocatum ecclesie Tridentine, [ten]ore presente districte precipiendo mandat hominibus et comunitatibus Teni, Bleçi, et Nomassii quatenus ipsi homines et comunitates vis[o] hoc instrumento vel denunciacione eis facta per viatorem curie Tridentine sub pena .CC. librarum Veronensium parvorum pro qualibet comunitate et singularis persona qualibet sub pena XXV librarum Veronensium dare et restituere ac presentare debeant dictis hominibus et comunitati Ripe vel eorum certis nunciis boves et vaccas eis hominibus de Ripa vel eorum nunciis acceptas per predictos de Teno et de Bleço et Nomassio et Pranço sine alli[a] leg[at]ione et omni actione remota alioquin procedet contra eos pro[ut] de iure fuerit procedendum et constituit ad hoc **viatorem** qui eis predictum **debeat**^s denunciare.

Item, die suprascripto, loco et testibus. Ibique dominus Odoricus de Coredo vicarius suprascriptus tenore presente comitit et precipiendo mandat suprascriptis hominibus et comunitatibus Teni, Bleçi et Nomassii quod de cetero non debeant nec presumant impedire nec molestare homines et comunitatem Ripe nec eorum nuncios sub pena .CC. librarum Veronensium qualibet comunitate et sub pena XXV librarum qualibet singulari persona in monte Hengoli et Tombolli in capullando, pascullando cum eorum bestiis et armentis et in utendo et alliis negociis faciendis; et si contradicere volunt et uti alico^t iure quod in die iovis proximo ad octo dies perhemptorios coram eo Odorico cum suis iuribus et racionibus sufficientibus debeant comparere dictis hominibus et comunitati vel eorum syndicis de iusticia r[ogatis], et constituit unum viatorem curie Tridentine qui predictis eis debeat denunciare.

Ego Valer[ianus] sacri pa[latii] notarius interfui et rogatus] scripsi.

^s debeant *nel ms.*

^t Così *nel ms.*

1289 giugno 10, Riva, davanti alla casa di Mangalloto.

Segna da Trento, nunzio della curia trentina, informa il notaio Delaido da Riva, affinché ne rediga un pubblico documento, che, su istanza di Caloco, podestà di Riva, e di Pacifico e Gavardino, sindaci-procuratori della comunità, e per ordine di Oderico da Coredò, vicario delle Giudicarie per conto di Mainardo duca di Carinzia e conte del Tirolo, il giorno precedente nelle pievi di Tenno, Bleggio e Lomaso ha annunciato pubblicamente agli uomini di quelle comunità l'ordinanza emanata da Oderico stesso di restituire ai Rivani i buoi e le vacche che a loro sottrassero **in concorso con** gli uomini di Pranzo

Lo stesso giorno il nunzio Segna informa di aver inoltre notificato nelle medesime pievi agli uomini di quelle comunità di non ostacolare o danneggiare i Rivani sui monti Englo e Tombio quando questi fanno legna o pascolano le loro bestie sotto pena di 200 lire per ogni comunità e di 25 per ogni singola persona.

Originale, ACR capsula 2 n. 31-a,b.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 13-14.

La pergamana è in ottimo stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXVIII, indictione secunda, die .X. intrante iunio, in Ripa, ante domum domini Mangaloti, in presentia Bonincontri condam Stefani Ursii de Gargnano, Icheris eius fratris, Bertolamey filii Rambaldini de Gargnano, Calderini de Gargnano et magistri Desiderati de Verona et aliorum testium rogatorum. Ibique Segna de Tridento viator curie Tridentine venit et contentus stetit mihi notario infrascripto dicens se die heri numquam elapso, ad instanciam et requisitionem domini Calochi potestatis Ripe et dominorum Pacifici et Gavardini sindicorum et procuratorum hominum et comunitatis Ripe et ex precepto domini Oderici de Coredò vicarii inter homines Iudicariarum per preclarum dominum Mainardum ducem Karinthie et comitem Tirolis nec non advocatum ecclesie Tridentine, cridase per plebes Teni, Bleçii et Nomasii quatenus ipsi homines et comunitates Teni, Bleçii et Nomasii sub pena .CC. librarum Veronensium parvorum pro qualibet comunitate et singulari persona .XXV. librarum Veronensium pro qualibet dare et restituere ac presentare debeant dictis hominibus et comunitati Ripe vel eorum certis nunciis boves et vacas eis hominibus de Ripa vel eorum nunciis acceptos per predictos de Teno et de Bleçio et Nomasio et Pranço sine aliis^u lexionibus et omni occasione remota, alioquin procederet contra eos prout de iure fuerit procedendum.

Item, die suprascripto, loco et presentibus, venit dictus viator et contentus stetit ex parte dicti domini Oderici vicarii se cridase in predictis locis Teni, Bleçii et Nomasii et Prançii quatenus suprascriptis hominibus et comunitatibus Teni, Bleçii et Nomasii quod de cetero non debeant nec presumant impedire nec molestare homines et comunitatem Ripe nec eorum nuncios sub pena .CC. librarum Veronensium parvorum qualibet comunitati^v et sub pena .XXV. librarum Veronensium qualibet singulari persona in monte Henguli et Tombli in capulando, pasculando cum eorum bestiis et armentis et in utendo et alliis negociis faciendis, et si contradicere volunt et uti alico iure quod in die iovis proximo peremptorio sint coram eo domino Oderico cum suis iuribus^w et rationibus^x sufficientibus debeant comparere dictis hominibus et comunitati vel eorum sindicis de iusticia respondere.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii interfui rogatus et scripsi.

^u allii nel ms.

^v Così nel ms.

^w rationibus cassato

^x suis cassato

1289 giugno 14, Trento, davanti all'abitazione del notaio Bertolameo, rogatariodell'atto.

Gerardo Gualco da Bolzano, in qualità di legittimo amministratore di suo figlio Albertino, dichiara di aver ricevuto 19 lire di denari piccoli veronesi da Francesco Trentinazzo mulattiere a soluzione di un debito da quest'ultimo contratto con Albertino per il pagamento di due carri di vino.

Originale, ACR capsula 2 n. 75.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 32-33.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo .CC.LXXXVIII, indictione secunda, die .XIII. intrante iunio, Tridenti, ante domum habitacionis mei notarii infrascripti, in presentia Concii Maierlini staçon(erii), magistri Gaiganti de Guaginis, Iacoppi Salsenerii, Iacobini filii condam Cavatorte de Ripa testium rogatorum et alium. Dominus Gerardus Gualechus de Bolzano pro se et sicut legitimus administrator sui filii Albertini clamavit se sibi bene fore persolutum et satisfactum a Francisco qui dicitur Trentinacius mulaterius, nominatim de uno debito decem et novem librarum denariorum Veronensium parvorum, quas ipse Franciscus dare et solvere promisit dicto Albertino pro duobus plaustis vini, prout ibidem ipsi dominus Gerardus et Franciscus dixerunt et confessi fue[runt], et renunciando dictus dominus Gerardus exceptioni non date, numerate et habite dicte pecun[ie] et satisfacto debito et exceptioni doli, mali et in factum ac pactum conventi; et si aliquod instrumentum dicti debiti seu dictorum denariorum reperiretur, illud promisit ei reddere alioquin sit cassum et vanum et nullius valoris seu momenti.

Ego Bertolameus sacri palatii notarius interfui rogatus et scripsi.

1289 giugno 18, Trento, nel palazzo vescovile.

Odorico da Coredò, vicario di Mainardo duca di Carinzia e conte del Tirolo, riguardo la lite scoppiata tra la comunità di Riva, rappresentata dai sindaci-procuratori Pacifico, Manganoto e Nicolò Scortegino, e quella di Pranzo, rappresentata dal sindaco-procuratore Bonapasio, per lo sfruttamento dei monti Englo e Tombio, per scongiurare che gli uomini delle due comunità *veniant ad arma*, intima loro di non danneggiarsi a vicenda, di non andare armati per i citati monti e di non estorcere pegni ad alcuno, se non in osservanza del diritto e della consuetudine.

Originale, ACR capsula 2 n. 69.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 29-30.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo CC.LXXX nono, indictione secunda, die XIII. exeunte iunio, Tridenti, in pallacio episcopatus, presentibus dominis Adelpreto iudice et Bonaçunta et Rodegerio iudicibus ac Daynessio et Nasinbeno et Cavaça notariis et aliis testibus. Ibique cum maxima questio orta esset et verteretur inter homines et comunitatem Ripe ex parte una et Bonapasium de Pranço syndicum et procuratorem hominum et comunitatis Prançi pro illis de Pranço ex parte altera, et inde multa mala oriri possent, ad hoc ne dicti homines veniant ad arma, discretus vir dominus Odoricus de Coredò, vicarius preclari domini Mainardi ducis Karinthie et comitis Tyrollis nec non advocati ecclesie Tridentine, comissit atque precepit partibus predictis et suprascriptis, siliset dominis Paciffico et Manganoto et Nicolao Scrtegino de Ripa syndicis et procuratoribus hominum et comunitatis Ripe et domino Bonapasio syndico et procuratori hominum et comunitatis Prançi et pro eis syndicario et procuratorio nomine quod ipsi predicti de Pranço pro se nec per interpositam personam vel personas non debeant nec presumant de cetero impedire nec in allico molestare dictos homines et comunitatem Ripe in capullando, pascullando, stando, utendo in eorum montibus Tomboli et Engolli, si dicti montes sunt et pertinent ipsis hominibus et comunitate Ripe; et hoc sub pena mille librarum Veronensium parvorum; et e conversso fecit illis de Ripa simile preceptum. Item quod ipse partes se ad invicem non debeant impedire nec molestare in dictis montibus nisi secundum quod debent iure sub pena predicta. Item precepit predictus dominus Odoricus vicarius dictis partibus supradictis quod non debeant nec presumant portare arma nec cum armis ire, nec mittere ad pignorandum aliquam personam in montibus prelibatis nisi secundum quod debent de iure et consuetudine iam obtempta, et hoc sub dicta pena .CC. librarum veronsium parvorum. Et si super predictis aliqua vellent dicere vel allogare et uti alico iure coram presencia domini Odorici predicti sufficienter debeant comparere, quia paratus est eis plenam et debitam iusticiam exhibere.

Ego Vallerianus sacri pallacii notarius interfui et rogatus scripsi.

1290 giugno 19, Riva, nella camera del comune.

Davanti al consiglio comunale di Riva e alla presenza di Filippo **da Metz**, podestà di Riva, Zenarino notaio da Tenno, ambasciatore e nunzio di Anzio *San Winato*, capitano in Tenno, chiede alle autorità comunali la rimozione delle vacche dal monte Englo **affinché** non pascolino nei prati dove si può segare, e avverte i Rivani che se non osserveranno il suo ordine, egli condurrà i proprietari delle vacche alla casa del capitano ed eventualmente farà requisire le bestie e le condurrà nel castello di Tenno.

Originale, ACR capsula 2 n. 3.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 3-4.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Una piccola slabbratura nel margine superiore sinistro all'altezza della *datatio cronica*, alcuni piccoli fori qua e là, che già esistevano prima della scrittura visto che il notaio in un'occasione completa la parola oltre il foro.

(S) Anno Domini m[illesimo] ducentesimo LXXXX, indicione tercia, die lune XII exeunte iunio, in Ripa, in camara comunis Ripe, presentibus domino Federico Spaleta, domino Aldrigeto domine Marie, Benevenuto Rosegini, Gambono, Bonaventura Testo, magistro Paxio fisico, Bertoldo domini Mafey et multis alliis de consilio. Ibique in consilio more solito coadunato ad sonum campane, coram domino Felipo de Meço potestate Ripe venit Çenarinus notarius de Teno dicens se esse ambaxator seu nuncius domini Ançii chapitanei in Teno, dicens et petens^y dicto domino potestati et consilio eiusdem quod eis placeat^z tolere et facere remove vachas^{aa} de monte Hengoli ne ipsas debeant pascolare in pratibus in dicto monte ubiquanque^{bb} posit segare, et proponendo et dicendo quod si non fecerit quod dictus dominus capitaneus dixit quod ilis hominibus quibus fuerint omni dictas^{cc} vachas^{dd} in dicto monte, si non div[i]derint de dicto monte, quod ipse vel suy nonçii faciet eos venire domum domini capitanei San Winato, et hoc dixit si hodie non ei domino capitaneo non fierit responsionem, et quod omnes vachas ipse f[ac]iet accipere et conducere in castro de^{ee} Teneno et cetera.

Ego Iacobinus sacri pallatii notarius interfuy rogatus et scripsi.

^y dices et petes *nel ms.*

^z *Lettura incerta (le ultime lettere della parola sono frutto di una correzione).*

^{aa} *Tra vach e as due piccoli fori*

^{bb} *Così nel ms. Segue sì cassato*

^{cc} *st cassato*

^{dd} *Così nel ms.*

^{ee} *Segue de cassato e de ripetuto*

1290 luglio 19, Riva, davanti alla casa di Salvodeo.

Vengono elencate alcune condanne pecuniarie (dai 5 ai 40 solidi di piccoli veronesi) inflitte da Mosca e Sozio, saltari del comune di Riva sul monte Englo, ad alcuni uomini di Pranzo per le infrazioni da loro compiute, tra le quali compare il furto del fieno.

Originale, ACR capsula 2 n. 77.

Reg. in Tovazzi, *Inventarium*, p. 33.

Pergamena in pessime condizioni di conservazione. Il bordo sinistro è lacerato e accartocciato, estese rasature impediscono una lettura corretta e integrale del documento.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXX., indictione tercia, die XIII exeunte iulio, in Ripa, ante domum Salvodey, presentibus domino Salvodeo et eius cognato Rivabeno et Çirondello et alliis testibus. Ibique iste sunt condempnationes facte per Moscham et soçium saltarium in monte Hengoli de hominibus de Pranço: in primis Nicolaus Preantane et eius filius se[gando] in monte Hengoli acusatos per Moscham et eius soçium in XL solidis pro quolibet ...^{ff.}; item ...^{eg} ea de causa in XL solidis ...; item Chasolina cum plaustro schareg[ando] de ... solidis ...; item Bertolotus Pegotini segando in XL solidis ...; item filius Pan...^{hh} [cum] uno familio chargando unum charum in C solidis pro quolibet ...; [item] ...damoçaⁱⁱ segando in eadem contrata in XL solidis ...; item Stancherò ... [ea] [de] causa in XL solidis ...; item Iohannes Valentere ea de causa in XL solidisacusati fuerunt de mense iulii, die XIII exeunte iulio
[Ego Iaco]binus sacri pallatii notarius interfuy rogatus et scripsi.

1291 aprile 12, Riva, nella casa del testatore.

Testamento di *ser* Ognibene soprannominato *Tortarella* da Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 82

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 36-37.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Oltre a qualche slabbratura lungo il margine destro, essa presenta due gravi abrasioni interessanti la parte iniziale della prima e della quarta riga.

(S) I[n Christi nomine. Die] **XII** aprilis, in Ripa, in domo testatoris, presentibus ser Michele condam Lundi, Bo[ve]tino condam Pezi, Alberto et Pegorino filiis ser Rivabeni Pezi, Rivano Tayole, Antonio Bonomini, Go[n]selmo condam ser Pantani et ser Benevenuto condam ser Rivani ser Redulfi omnibus Ripe, ...^{jj} qui moratur Ripe testibus rogatis. Ibi ser Ognabenus qui dicitur Tortarella Ripe, san[us] mentis et sensu licet languens corpore, suarum rerum et suorum bonorum omnium dissposicione[s] per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit: in primis quidem pro anima sua relinquit de suis bonis ecclesie domine Sancte Marie Ripe .XX. solidos de parvis; item domino Sancto Michahelli .X. solidos; item hospitibus Ripe et pau[per]ibus ibi habitantibus .X. solidos; item ecclesie domine Sancte Marie de Pranono .X. solidos; item .II. solidos pro qualibet ecclesia plebatus Ripe; item domino

^{ff} Parola indicata con il segno indicante con sovrastato dal consueto abbreviativo. Forse concio.

^{eg} Lacuna dell'antroponimo

^{hh} Lacuna di parte dell'antroponimo

ⁱⁱ Lacuna di parte dell'antroponimo

^{jj} Lacuna del nome del testimone e del luogo di provenienza.

Sancto Franzisscho .X. solidos; item relinquit de suis bonis .XXI. libras de parvis pro anima sua, qui debeant disspensari in missis et pauperibus, ad arbitrium et voluntatem domini dupre^{kk} Marchi archipresbiteri Ripe et domine Richonoris eius uxoris. Ad que omnia et singula voluit ipsos esse comissarios suos huius testamenti et executores, dans eis et cuylibet illorum plenam licenciam et liberam auctoritatem et potestatem, ut sine contradictione huius testamenti aud alterius persone possint sua auctoritate de bonis ipsius testatoris et de quibus voluerint vendere, alienare et obligare pro predictis^{ll}, restitutionibus faciendis et dictis legatis solvendis et pro dictis omnibus et singulis exequendis, ut dictum est, et qui dicuntur omnes voluit et dixit dictus testator adtendi, dari et solvi debere per quinque annos et in quinque terminis, ut dictis comissariis melius videbitur faciendum; et si contingerit aliquem dictorum comissariorum mori ante executionem omnium predictorum, alius nichilominus predicta omnia et singula in solidum exequatur; item relinquit domine Desiderate eius filie medietatem unius domus et medietatem unius curtivi tenentum se in simul, iacentis in burgo Ripe, cuy coheret de super toto a mane et a sero via, a meridie Pisarola Ripe, a [monte] heredes condam magistri Cabrielis Ripe et Musscha Ripe, et hoc relinquit ei sue filie pro sollutione et satisfactione de .C. [solidis] de parvis, quos ipse testator dixit et confessus fuit se eydem filie sue promississe et dari tenere pro dote [sua] tempore nupciarum, de quibus nundum est soluta de toto nec de parte; item dimittit et relinquit domine Richono[ri] uxori sue aliam medietatem domus et curtivi suprascriptorum, que medietas continetur inter suprascriptas confines scriptas, et totam massariam quam ydem testator habet, in solum et pro solutione de .LX. solidis de parvis, quos dictus testator dixit et confessus fuit se ab ea uxore sua tempore nupciarum in dote habuisse; et si dicte res plus dicto precio valerent, eydem uxori sue relinquit et iudicavit nomine donationis causa mortis que amplius revocari non possit; item relinquit et iudicavit dicte uxori sue de bonis ipsius testatoris unam peciam terre vidate iacentem in territorio Ripe, in loco ubi dicitur in Canayono, cui coheret a mane et a meridie Cristianus Ripe, a sero Persibonus sive filii sui, a monte testator, et unum pedem pomarii iacentem ibi prope, a montis parte; item relinquit et iudicavit dicte uxori sui unum pratum quod emit a comuni sive a sindicis Ripe, [quod] iacet ibi [pro]pe, coheret a mane Cristianus, a sero via, a monte aqua Varoni, et ibique alie ei sint coherentie; et in omnibus aliis suis bonis mobilibus et in mobilibus, iuribus et act[ionibus] tam presentibus quam futuris dominam Desideratam suam filiam pro medietate et Petrum et Franzisschum suos habiaticos et filios condam domine Madiane condam filie dicti testatoris pro alia medietate sibi heredes instituit; et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse et velle quam valere voluit iure testamenti, quod si iure testamenti non valet vel valebit valeat saltem iure codicillorum et cuiuslibet alterius ultime voluntatis per quam melius valere et tenere potest, et voluit hoc testamentum seu ultimam voluntatem omnibus aliis eius testa[mentis] vel ultimis voluntatibus hinc ...^{mm}

Anno Domini millesimo ducentessimo nonagesimo primo, quarta indictione.

Ego Mangallotus de Burano notarius domini Federici Romanorum imperatoris interfui et rogatus hoc scripsi.

^{kk} Così nel ms.

^{ll} pro predictis ripetuto

^{mm} Illeggibili le ultime quattro-cinque parole

1291, agosto 7, Riva, nella casa del notaio Azzolino.

Testamento di Giacomina, moglie del notaio Azzolino da Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 50.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 21-22.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXXI., indictione quarta, die .VII. intrante augusto, in Ripa, in domo domini Acolini, in presentia domini Marchi archipresbiteri de Ripa, Benevenuti filii Iacobini, Lioneti, Brecevuti, Petri sartoris, Godefredi sartoris, Riprandini condam Canpi, Bonani de Gargnano, mastri Venturini, Rivabeni condam Pasolini et Benevenuti monaci Sancte Marie et aliorum testium rogatorum. Ibique domina Iacobina uxor domini Acolini notarii de Ripa, iacens infirma in lecto set ad huc sane mente loquendo et in suo proprio arbitrio persistendo, timens umanam naturam cito labi ne ab intestato decederet suaque bona in ordinata relinqueret ne post eius decesum aliqua discordia de suis bonis oriretur contencio, in primis sic dixit: «Lego et relinquo pro remedio anime mee domino archipresbitero de Ripa decem solidos Veronensium et domino Francisco presbitero quinque solidos et pro quolibet clerico tres solidos Veronensium». Et inter cetera alia legata legavit .XX. solidos Veronensium ad inlastandum plebis Ripe. «Item lego pro remedio anime mee .XL. libras Veronensium que debeant dari et distribui cum consilio domini archipresbiteri de Ripaⁿⁿ et domini Acolini viri mey pro anima mea. In omnibus aliis meis mobilibus et immobilibus instituo dictum dominum Acolinum meum virum mihi heredem; et hoc volo quod sit meum ultimum testamentum et meam ultimam voluntatem, et si non potest valere iure testamenti quod valeat iure ultime voluntatis quod valeat iure codicilorum, et si non potest valere iure codicilorum quod valeat iure donationis et causa mortis et omni alio iure quo melius valere et tenere potest volo quod valeat».

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii his interfui rogatus et scripsi.

ⁿⁿ Ri *nel ms.*

1294 luglio 25, Riva, nella casa di Gardelo mulattiere.

Testamento di Vidoto, un tempo monaco della chiesa di S. Nicolò sul monte Brione.

Originale, ACR capsula 2 n. 16.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 8.

Pergamena in cattivo stato di conservazione. Una lacerazione con conseguente menomazione del testo al centro interessante le righe 7-9, inchiostro scolorito, soprattutto nella parte centrale, qualche rasatura qua e là.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXXIII^o, indictione VII^a, die XXV iulii, in Ripa, in domo Gardeli mulaterii, presentibus Basano clerico filio Benreçevuti, domino archipresbitero s[er] pre Marcho dicte plebis archipresbitero, Bertolameo Andree, Gratiano filio Indo..nacle, Gardello supradicto, Vida de Gargnano habitatore Ripe et aliis ad hoc testibus rogatis. Widotus olim monachus ecclesie Sancti Nicolai, cognatus Gardeli mulaterii, sanus per Christi gratiam mente et sensu licet languens corpore, suarum rerum bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procu[ravit]: in primis quidem reliquid pro anima sua ecclesie Sancti Iacobi de Chalino .X. solidos Veronensium parvorum; [item re]liquid filie Vide de Gargnano habitatori Ripe .V. solidos Veronensium parvorum; item [re]liquid filie Gar[deli] ...^{oo} [unam] capsiculam; item reliquid ospitali terre Ripe omnes suos pannos quos habet, excepto unam lentiaminem lini. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et in mobilibus, iuribus et actionibus tam presentibus quam futuris sibi heredes instituit pauperes Christi de Ripa et illarum contratarum et ecclesiam Sancti Nicolai de monte Brioni. Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle quam valere voluit iure testamenti, quod si iure testamenti non valet valeat saltem iure codicillorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis qua melius valere potest et tenere.

Ego Omnebonus filius condam domini Iohannis de Ripa imperiali auctoritate notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

^{oo} *Lacuna di una o due parole, probabilmente mulaterii o cognati sui.*

[1294]

Marco, arciprete della pieve di S. Maria di Riva (1283-1314) intende dimostrare che la pieve ha ed ebbe un quarto di tutta la decima del *pievato* di Riva e specialmente della decima dovuta al vescovo di Trento, tanto del pane quanto del vino e dell'olio, e che tale diritto le appartiene da più di quarant'anni.

Originale, ACR capsula 2 n. 79.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 34.

Pergamena in buono stato di conservazione. Riguardo alla *datatio* cronica del documento un'indicazione ci viene dal fatto che fu vergato dal notaio Delaido da Riva, come risulta evidente dalla comparazione della scrittura con quella di altri atti del notaio rivano qui trascritti e datati tra il 1278 e il 1297 (v. nn. 52, 88, 93). Il documento deve quindi essere stato redatto in quest'arco di tempo (Tovazzi lo assegna all'anno 1294 circa).

Intendit probare dominus Marchus archipresbiter plebis Sancte Marie de Ripa quod dicta^{pp} plebes^{qq} habet et habuit quartum tocius decime plebatus dicte plebis et specialiter decime domini episcopi tam panis quam vini et oley per .X. .XX. .XXX. .XL. annos et plus et semper, et de his est sonus et fama puplica.

^{pp} dicta *ripetuto*

^{qq} Così nel ms.

1295 ottobre 26, Riva, sotto la casa del comune.

Parentino, vicario di Sicherio *de Arso*, podestà di Riva, comunica al notaio rogatore Amatore che il giorno precedente ha ingiunto a Gambono del fu Menabeco da Riva di presentarsi nel giorno presente al podestà o al suo vicario per rispondere del debito contratto con il capitolo o i confratelli della chiesa di S. Maria della pieve di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 70-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 30.

Pergamena in buono stato di conservazione. Qualche macchia di umidità nella parte superiore ed inferiore.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXXV., indictione octava, die .XXVI. intrante octubri, in Ripa, sub domo comunis, presentibus Ribauda, Omnebono notariis et aliis testibus. Ibi Parentinus vicarius venit et contentus stetit coram me notario infrascripto dicens se die eri nuper elapso denunciase et precepisse Gambono condam Menabechy de Ripa quatenus esset et esse deberet odie secundum misas peremptorie coram domino Scicherio de Arso potestate vel eius vicario ad respondendum et rationem faciendum capitulo seu confratribus ecclesie Sancte Marie plebis Ripe vel eorum sindaco et procuratori.

Ego Amator notarius domini Lodovici comitis Verone hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1295 ottobre 26, Riva, sotto la casa del comune.

Sicherio *de Arso*, podestà di Riva, conferisce al notaio Delaido da Riva, sindaco-procuratore del capitolo o dei confratelli della chiesa di S. Maria della pieve di Riva, il diritto di disporre dei beni di Gambono fino al valore di 16 lire di veronesi.

Originale, ACR capsula 2 n. 70-b.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXXV., indictione octava, die .XXVI. intrante octubri, in Ripa, sub domo comunis, presentibus Ribauda, Omnebono notariis et aliis testibus. Ibi dominus Scicherius de Arso potestas Ripe dedit tenutam Delaydo notario de Ripa tamquam sindaco et procuratori capituli seu confratrum^{rr} ecclesie Sancte Marie plebis Ripe de bonis et super bonis Gamboni condam Menabechy de Ripa valetibus .XVI. libras Veronensium pro capite et de aliis iustis expensis, primo mobilium, secundo immobilium, tertio iurium et actionum, salvo iure omnium, quia citatus fuit per Parentinum vicarium et venire concessit, et comisit cuilibet vicario ut eum ponat in tenutam et precipiat ut ad .X. dies debeat exigisse.

Ego Amator notarius domini Lodovici comitis Verone hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1295 ottobre 29, Riva, sotto la casa del comune.

^{rr} fratum *nel ms.*

Il vicario di Riva Parentino comunica al notaio Amatore di aver trasmesso al notaio Delaido il possesso della casa di Gambono quale garanzia del pagamento del debito.

Originale, ACR capsula 2 n. 70-c.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXXV., indictione octava, die tercio exeunte octubri, in Ripa, sub domo comunis, presentibus Fotono de Boyago, eius fratre Moscardo, Iacobino condam domini Francisci de Ripa et aliis testibus. Ibi Parentinus vicarius venit et contentus stetit coram me notario infrascripto dicens se posuisse in tenutam Delaydum notarium de Ripa tamquam syndicum et procuratorem capituli seu confratrum ecclesie Sancte Marie plebis Ripe^{ss} de ostio domus Gamboni condam Menabechy vice et nomine omnium suorum bonorum et precipit ut ad .X. dies debeat exigise.

Ego Amator notarius domini Lodovici comitis Verone hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^{ss} vice *cassato*

1296 aprile 30, Riva, nella casa degli eredi del fu Bertolo.

Testameto di Gisla, moglie del fu Bertolo di Gazollo da Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 67 [A].

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 29.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

Originale, ACR capsula 2 n. 13 [A']. Nel verso di mano del XIII sec. « Testatum domine Gisle... et omnes sunt legate adiuntur ».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 7.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) In Christi nomine amen. Die ultimo aprillis, in Ripa, in domo heredum condam Bertoli, in pressentia domini Gosmerii de Portu de Ripa, Delavancii de Dasindo habitatoris Ripe, Delayti qui fuit de Prancio habitatoris eiusdem terre Ripe^{tt}, Zenelli filii domini Florii de eadem terra^{uu}, Benevenuti qui dicitur Didous becarii de dicta terra^{vv}, Ognabeni filii Archeti de eadem terra^{ww}, Nicolai condam Petaroni^{xx}, Barucii^{yy} condam Bonomi de Prato, Petri domine Benamade de predicta terra Ripe et aliorum testium rogatorum. Ibique domina Gisla uxor condam dicti Bertoli de Caçollis de predicta terra Ripe^{zz}, iacens infirma in lecto licet languens corpore, cum adhuc sane mentis et recta memoria loquens ab intestato decedere nollens imo volens^{aaa} suum ultimum^{bbb} testamentum et suam ultimam voluntatem declarare atque sua bona disponere nuncupando, in primis ita dixit incipiens per ordinem procedendo: «Lego et iudico et dari iubeo pro anima mea et remissione meorum peccatorum et delictorum unam caciam ollei presbiteris ecclesie plebis^{ccc} Sancte Marie de Ripa semper fictualliter omni anno ut orent pro anima mea; item unam alliam caciam ollei ecclesie Sancti Michaelis de Ripa ad illuminandum eam eodem modo et racione; item unam alliam caciam ollei eodem modo ecclesie Sancti Petri de Runçono similiter ad illuminandum eam^{ddd}»; quod olleum seu fictum dictus Delavancius de Dasindo habitator dicte terre Ripe dat et dare debet et solvere super duas pecias sive colles terre plantatos de olivis iacentes in contrata et pertinencia Ripe, in Briono, in loco ubi dicitur ad Sablonum; coheret prime pecie a duabus partibus dominus Gavardinus, a tercia parte a sero heredes condam Pellegrinati de Ripa et a quarta parte a mane Auciagus becarius; coheret secunde pecie ab uno latere versus mane via, ab allio versus lacum Libanorius, a tercia parte versus nullam oram dominus Rivabenus de Peço, a quarta versus sero Nicolaus condam Andree de Ripa, et forte allie sunt coherentie, per omnia ut continetur in carta locacionis predictarum peciarum terre facta manu

^{tt} B omette da habitatoris a Ripe

^{uu} De Ripa per eadem terra in A'

^{vv} becarii ometto e de eadem terra in A'

^{ww} de eadem terra Ripe in A'

^{xx} Nicolay condam Petaroni becarii in A'

^{yy} Baruçii in A'

^{zz} de Gaçollis de Ripa suprascripta in A'

^{aaa} vollens in A'

^{bbb} A' omette ultimun

^{ccc} A' omette plebis

^{ddd} A' omette inizialmente l'indicazione che l'olio in lascito proviene dall'affitto di due appezzamenti di terra; il notaio segna dunque qui sul margine sinistro una piccola croce di richiamo e aggiunge la parte ometta in calce al documento, ma visto che lo spazio è insufficiente è costretto a scrivere anche a destra della datatio e della sottoscrizione e comunque a sintetizzare il testo di A. Vedi nota seguente.

mei infrascripti notarii^{eee}; item dixit predicta testatrix per nuncupacionem^{fff}. «Lego et iudico et dari iubeo domine Bonafemine uxori Wadagnini^{ggg} molendinarii de Ripa^{hhh} .XL. solidos denariorumⁱⁱⁱ Veronensium parvorum pro anima mea et serviciis mihi factis et ab ea habitis et receptis; item instituo heredes condam domine Marie sororis mee mihi heredes^{jjj} in .V^e. solidis^{kkk} parvorum, de eo quod mihi contingneret et contingnere debet et posset de hereditate condam^{lll} sororis mee migliore; item instituo heredes condam^{mmm} domine Vendeme mee sororis mihi heredes in .V^e. solidisⁿⁿⁿ parvorum^{ooo} de hereditate predictae mee sororis migliore; de quibus vollo et iubeo quemlibet ipsorum heredum^{ppp} esse et stare tacitos^{qqq} et contentos; item in omnibus aliis meis bonis ubicumque sint et inveniri possent instituo et ordino pauperes seculares huius contrate^{rrr} mihi heredes; et archipresbiterum qui nunc est vel pro aliquo tempore fuerit in Ripa et plebe eiusdem et magistrum Petrum barberium de Ripa mihi fideicommissarios eo modo quod, si aliquis predictorum fideicommissariorum decederit ante dispensacionem predictorum meorum bonorum aut nollet esse fideicommissarius, supervivens possit alium socium fideicommissarium in predictis elligere^{sss}; que et quod vollo esse meum ultimum testamentum et meam ultimam voluntatem, et ea omnia et singula vollo^{ttt} vallere iure testamenti et ultime voluntatis et iure codicillorum, iure institutionis et falsidie et iure donacionis causa mortis et quocumque iure quo melius valere^{uuu} et tenere potest».

Anno Domini .M^o.CC^o. nonagesimo sexto, indictione nona.

Ego Pax notarius imperialli auctoritate interfui et rogatus scripsi^{vvv}.

^{eee} *Questo il testo in A' aggiunto in calce:* quod olleum seu fictum dat et solvit annuatim fictum Delavancius de Dasindo habitator Ripe super duas colles olivarum iacentes in Briono; coheret prime pecie a mane via, versus lacum Libanorius, a nula ora ser Rivabenius de Peço, versus sero Nicolaus condam Andre; coheret allie pecie a duabus partibus ser Gavardinus, a sero heredes condam Pellegrinati et a mane Auciagus becarius de Ripa.

^{fff} *A' omette da dixit a nuncupacionem*

^{ggg} *A' Guadagnini*

^{hhh} *A' omette de Ripa*

ⁱⁱⁱ *A' omette denariorum*

^{jjj} *mihi heredes dopo la cifra in A'*

^{kkk} *A' aggiunge denariorum Veronensium*

^{lll} *condam sopra il rigo. A' omette condam*

^{mmm} *A' condam sopra il rigo*

ⁿⁿⁿ *A' aggiunge Veronensium*

^{ooo} *A' aggiunge erroneamente pro*

^{ppp} *A' et de hiis vollo quemlibet et iubeo*

^{qqq} *Così nel ms.*

^{rrr} *A' omette huius contrate*

^{sss} *elligere sopra il rigo*

^{ttt} *A' usa la terza persona:* que voluit hoc esse suum testamentum ultimum et suam ultimam voluntatem, et hec omnia et singula volui

^{uuu} *A' mellius vallere*

^{vvv} *A' aggiunge de mandato et precibus predictae domine testatrix*

1297 luglio 7, Riva, nella casa del testatore.

Testamento di Maraldo, figlio del fu Alberto da Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 38.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 16.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Essa presenta una slabbratura con menomazione del testo sul margine destro che interessa le ultime sei righe dello scritto testamentario. Le lacune sono state integrate secondo il formulario usato dal notaio Delaido (cfr. n. 88).

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXXVIII., indictione X^a, die VII intrante iulio, in Ripa, in domo infrascripti testatoris, in presentia Nasimbeni Bocasie, Çuchi de Turbulis, Petri aputeo, Francisi filii Nicolay, Cipriani, Oteboni condam Biseli et Nasimbeni condam Martini de Lodrano et alliorum testium rogatorum. Ibique dominus Maraldus condam domini Alberti de Ripa, iacens infirmus in lecto, set adhuc sane mente loquendo et in suo proprio arbitrio persistendo, timens humanam naturam cito labi ne ab intestato decederet suaque bona inordinata relinqueret ne post eius decesum aliqua discordia de suis bonis oriretur contencio per nuncupacionis voluntatis^{www} condidit testamentum. In primis sic dixit inter cetera legata que legavit: in primis legavit pro anima sua quinquaginta libras Veronensium, et in hoc instituit Persibonum domine Stefane et Iohannem Comunanciam suos fideycomisarios et dedit eis liberam et generalem administracionem ad vendendum de suis bonis usque ad completamolucionem de dictis .L. libris Veronensium cum consilio archipresbiteri de Ripa, et hoc sit et distribuere debeant infra unum annum; item legavit .centum. solidos Veronensium pro malis ablatis, silicet in Bagolino, Bono, Banalo et Nomasio; item legavit domine Agneti sue uxori .quinquaginta. libras Veronensium quas recepit hab^{xxx} ea in dote; item legavit domine sue uxori .quinquaginta. libras Veronensium de suis bonis ultra illas quinquaginta libras Veronensium quas recepit hab ea; in omnibus alliis suis bonis instituit Soram eius filiam s[uam] heredem; et hoc voluit quod sit suum ultimum testamentum et suam ultimam [vo]luntatem, et si non potest valere iure ultime voluntatis quod valeat iure [codi]cilorum et si non potest valere iure codicilorum quod valeat iure donatio[nis] et causa mortis et cum alio modo quo melius valere et tenere potest [debeat] valere et tenere.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii his interfui rogatus et scripsi.

^{www} Così nel ms.

^{xxx} Così nel ms.

1297 dicembre 2, Tirolo.

Ottone, duca di Carinzia, conte del Tirolo e di Gorizia, tramite una lettera comunica a Sicherio *de Arso*, podestà di Riva per conto di Ottone stesso, che, su istanza di Alberto della Scala, ha sciolto Lapo prestatore e suo figlio - che in quel momento risiedono a Riva - dalla soluzione di un debito da loro con lui contratto e quindi gli ingiunge di non prendere alcun provvedimento giudiziario nei confronti del prestatore.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 45, redatta dal notaio Amatore su istanza di Sicherio *de Arso*, podestà di Riva per conto di Ottone, duca di Carinzia, conte del Tirolo e di Gorizia, e presentato il 10 dicembre 1297 a Riva al podestà stesso dal notaio Giacomo di L...eraro da Verona. La formula di presentazione e di mandato di autenticazione ha il seguente tenore: « (S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CC LXXXVII, indictione X, die X intrante decembri, in Ripa, sub domo comunis, presentibus domino Nouli de Teseno wicario domini Scicherii de Arso potestatis Ripe, domino Guarnardo filio ipsius domini Scicherii, Iacobo filio condam domini Moci de Turbulis, Belencerio viatore de Ripa, Federico de Tono valis Annanie et aliis testibus. Ibi dominus Iacobus notarius de L...erarus de Verona presentavit literam ... predicto domino Scicherio potestati Ripe pro infrascripto illustro^{yyy} principe domino O[ttone] duce sigilatam sigilo minori antedicti domini ducis et cete[r]a, sana, integra et non [coru]pta in aliqua parte illius sigili^{zzz} cuius tenor talis est:

Ego Amator notarius domini Lodovici comitis Werone hanc suprascriptam literam de verbo ipsius domini Schicherii autenticavit et in publicam formam reduxi et ipsius domini^{aaaa} Scicherii auctoritate nil adens vel minuens quam sensum vel sententiam mutet meumque signum aposui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 19.

Pergamena in buono stato di conservazione. L'inchiostro è in molti punti scolorito e compaiono alcune rasature.

O[tto] Dey gratia dux Karintie et comes Tirollis et [Goritie] fideli et dillecto Scicherio potestati Ripe salutem et omne bonum. Noveris quod ad instanciam nobilis viri domini Alberti de la Scala, Lapum prestatorem et eius filium a solu[cione] pe[cu]nie nobis dande liberos dimisimus penitus et solutos venit predictus Lapo et rebus et persona nulam inferas molestia[m] vel gravamen.

Datum Tirolis, secundo intrante decembri, indictione .X.

^{yyy} Così nel ms.

^{zzz} li sopra il rigo

^{aaaa} domini sopra il rigo

1299 gennaio 27, Riva, nella camera del consiglio comunale.

Sicherio de Arso, podestà di Riva, dichiara di aver ricevuto da Giacomino della fu Benasuta, massaro del comune rivano, 100 lire di piccoli veronesi, somma che rappresenta la completa soluzione del suo salario per la podestaria esercitata in quello stesso anno ammontante a 200 lire.

Originale, ACR capsula 2 n. 76.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 33.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Anno domini millesimo .CCLXXXVIII., indictione .XII^a., die .V. exeunte ianuario, in Ripa, in chamera a consilio sive ubi consilium hominum comunis Ripe, presentibus Iacobo condam domine Gracie, domino Gavardino condam ser Prevedini, Bertramo zitogo, domino pre Francisco prespitero plebis Ripe et aliis testibus. Ibique nobilis vir dominus Scicherius de Arso potestas Ripe wochavit sibi bene fore solutum et pleniter satisfactum a Iacobino condam domine Benasute tunc temporis masario comunis Ripe de .C. libris Veronensium parvorum, quas idem dominus Scicherius habere debebat occasione complete solutionis .CC. librarum Veronensium quas idem comune sive eius masarius et sindici pro dicto comune dare et solvere tenebantur pro salario potestarie sive regiminis facti anno presenti per eum dominum in dicta terra, et generaliter de omni eo quod ipse dominus Scicherius occasione alicuius salarii hunc usque prestiti sive ad hanc presentem diem dare hac habere deberet ab eo comune sive universitate terre eiusdem; et renoncians exceptioni non datorum et numeratorum denariorum sive non date non complete in integrum omni solutione. Que hucusque occasione regiminis per eum facti in dicta terra Ripe habere deberet. Quam solutionem et omnia^{bbbb} ac singula suprascripta dictus dominus Scicherius pro^{cccc} se et suos heredes promisit firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto sub obligatione omnium suorum bonorum.

Ego Amator notarius domini Lo[dovici] comitis Werone hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^{bbbb} et omnia cassato

^{cccc} Così nel ms.

1299 luglio 28, Riva, nella casa della pieve.

Testamento di Milesoldo, prete *de Marema* della diocesi di Brescia.

Originale, ACR capsula 2 n. 32.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 14.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo .CC.LXXXXVIII., indictione XII, die .IIII. exeunte iulio, in domo plebis Ripe diocesis Tridentine, in pressentia magistri Bertolamei condam Andree, Ambrosii a Dosso, Iohannis condam Galine, Caxiani clerici dicte plebis, Rivani condam Degelvradii, Nigreboni de Cologea^{dddd} et Mathei conversi Sancti Bricii, omnium habitatorum Ripe et aliorum. Ibique dominus Milesoldus presbyter de Marema de diocesi Brixienti, iacens infirmus corpore et sanus mente, de suis bonis nuncupativum condidit testamentum; in primis sic dicens: «Ego lego et iudico domino Marco archipresbytero et clericis huius plebis omnes vestes meas et omnia alia que habeo hic in domo ista pro anima mea et serviciis receptis ab eis; in omnibus aliis meis bonis instituo pauperes sine fraude mihi heredes et dictum dominum archipresbyterum et dominum Franciscum presbyterum dicte plebis meos fideicomissarios ad exigendum, recipiendum et distribudendum predicta, ut eis melius videbitur expedire; et hoc volo esse meum ultimum testamentum, meam ultimam voluntatem et quod valeat iure testamenti ultime voluntatis^{eeee}, iure quodcilorum et quolibet alio iure quo melius valere potest».

Ego Gregorius notarius de Ripa imperiali auctoritate hiis interfui et rogatus scripsi.

^{dddd} Così nel ms., probabilmente si fa riferimento al villaggio di Cologna, sulla strada per Tenno.

^{eeee} un sopra il rigo.

